



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De tribus scenaru[m] generibus. Caput. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

LIBER


fieri propter usum, uti gradus, diazomata, pluteos, anera, ascensus, pulpita, tribunalia, & si qua alia intercurrunt, ex quibus necessitas cogit discedere ab symmetria, ne impediatur usus. Nō minus si qua exiguitas copiarū. i. marmoris, materiae, reliquarūq; rerum, quae parantur in opere de fuerint, paululū demere, aut adicere, dū id ne nimiū improbe fiat. Sed cū sensu nō erit alienum, Hoc autē erit si architectus erit usuperitus, Præterea ingenio mobili solertiaq; nō fuerit uiduatus, Ipsæ autē scenæ suas habeāt rōnes explicatas, ita uti mediæ ualua ornatus habeāt aurea regia, dextra ac sinistra hospitalia, Scdm autē ea spatia ad ornatus cōparata (quæ loca greci τῶ ἐπιπέδου dicūt ab eo, q̄ machinæ sunt in iis locis uersatiles trigonos habētes) in singula tres sint spēs orationis, quæ cū aut fabularū mutationes sunt futuræ, seu deorū aduētus cū tonitribus repētinis, uersentur, mittentq; spēm orationis in frōtes, Scdm ea loca uersurae sunt pcurrētes, quæ efficiunt una à foro altera à peregre aditus in scenam.

De tribus scenarū generibus. Cap. VIII.

Enera autē sunt scenarum tria unū qd̄ dicitur tragicū, alterū, comicū, tertium, satyricū. Horū autē ornatus sunt inter se dissimiles diuq; rōe, q̄ tragica deformatur colūnis, & fastigiis, & signis, reliq; regalibus rebus, Comica autē adificiorū priuatorū, & menianorū hēnt spēm, pfectusq; fenestris dispositos imitatiōe cōium adificiorū ratioibus, Satyrica uero ornatur arboribus spelūcis mōtib; reliq; agrestibus rebus. in topiari opis speciē deformatis, In grecorū theatris nō oīa iisdē rōnibus

QVINTVS. 87


sunt faciēda, q̄ primū in ima circinatioe, ut in latino
 trigonorū quatuor, in eo quadratorū triū anguli cir-
 cinatiois lineā tangunt, Et cuius quadrati latus est p̄-
 ximū scēnae praeciditq; curuaturā circinatiois, ea re-
 giōe designatur finitio p̄scenii, & ab ea regiōe ad ex-
 tremam circinatioē curuaturā parallelas lineas desi-
 gnatur, in qua constituitur frons scēnae, per centrūq;
 orchestrae profcenii regione.



- a. cuneus
- b. sinistra
- c. dextra
- d. centrum
- e. finitio
profcenii
- f. frons scē-
nae
- g. scēna
- h. orche-
stra
- i. profce-
nium

Parallelas lineas describitur, & quae secant circinatio-
 nis lineas dextra ac sinistra in cornibus hemicycli
 centra designantur. & circino collocato in dextra ab in-
 teruallo sinistro circūagitur circinatio ad p̄scenii dex-
 tram partem. Item centro collocato in sinistro cornū ab
 interuallo dextro circūagitur ad p̄scenii sinistra par-
 tem. Ita tribus centris hac descriptione, ampliore ha-
 bent orchestram graeci, & scenam recessiorem, mino-
 req; latitudine pulpitiū, quod $\lambda\omicron\upsilon\gamma\epsilon\omicron\upsilon\nu$ appellant.
 Ideoq; apud eos tragici & comici actores in scena per-
 agunt, Reliqui autem artifices suas per orchestrā pra-
 stant actiones. Itaq; ex eo scenici & thymelici graeci
 separatim nominantur, Eius logei altitudo nō minus
 debet esse pedum decem, non plus duodecim, Grada-
 tiones scalarum inter cuneos & sedes contra quadra-
 torū angulos dirigantur ad primam praecinctionem,
 ab ea praecinctione inter eas iterum mediae dirigantur,
 & ad summam quotiens praecinguntur, altero tā-
 to semper amplificantur. Cum haec omnia summa cur-
 ra solertiaq; explicata sint, tunc etiam diligentius ē
 animaduertendum uti sit electus locus, in quo leniter
 applicet se uox, neq; repulsa resiliens incertas auribus
 referat significationes.





a. porticus
theatri

b. cunei

c. orche-
stra

d. proscæ-
nium

e. pulpitu

f. scena

g. hospita-
lia

Sunt enim nonnulli loci naturaliter impediētes uo-
cis motus, uti dissonantes qui græce dicuntur κατι-
χοῦντες, circūsonantes, qui apud eos nominantur,
περιχοῦντες, itē resonātes, q̄ dicuntur ἀτιχοῦν-
τες, cōsonantesq; quos appellāt συνηχοῦντες. Dis-
sonātes sunt in q̄bus uox prima, cū ē elata in altitudi-
nē, offensa superioribus solidis corpibus, repulsaq; re-
filiens in imū, opprimit insequētis uocis elationē, Cir-
cūsonātes autē sunt, in q̄bus circūuagādo coacta uox
se solūēs in medio sine extrēis casibus sonās, ibi extin-

LIBER

guitur incerta uerborum significatione, Resonantes uero, in quibus cum in solido tactu percussa resiliat imagines exprimendo, nouissimos casus duplices faciunt auditu, Item consonantes sunt, in quibus ab imis auxiliata cum incremento scandens, ingreditur ad aures discreta uerborum claritate, Ita si in locorum electione fuerit diligens animaduersione, emendatus erit prudentia ad utilitatē in theatris uocis effectus, Formarum autem descriptiones inter se discriminibus his erunt notatae, uti quae ex quadratis designantur, graecorum, quae ex paribus trigonorum lateribus, latinorum habeant usus, Ita his praescriptionibus quae uoluerit uti, emendatas efficiet theatrorum perfectiones.

De porticibus post scenam & ambulationibus.

Caput. IX.

Post scenam porticus sunt constituenda, uti cum hymbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus, quo se recipiat ex teatro, Coragiamque laxamentum habeant ad chororum parandum, uti sunt porticus Pompeiana, itemque Athenis porticus eumenica, patrisque liberi phanum, Et exeuntibus è teatro sinistra parte Odeum quod Athenis Pericles columnis lapideis disposuit, nauis umque malus & antennae è spoliis persiarum pertexit, Idem autem est in censum Mithridatico bello Rex Ariobarzanes restituit, Zmyrnae strategem. Trallibus porticus ex utraque parte (ut scenae) supra stadium, ceterisque ciuitatibus, quae diligentiores habuerunt architectos. Circa theatra sunt porticus, & ambulationes, quae uidentur ita oportere collocari, uti duplices sint, haecque exteriores